populo fidem Christi et sua sancta predicatione et miraculorum virtute[k]
populos illarum partium ad dominum convertebat. Fecit itaque extra[l]
portam Colonie civitatis, que hodie dicitur porta clericorum, unum breve
et modicum oratorium, ubi ipse populum instruebat et contempla=
tioni sancte atque orationi vacabat. In quo loco nunc est fundata[m]
modica capella, et propter antiquitatem ex vi nominis ad anti=
quum summum[4] ab incolis nuncupatur. Tandem postquam cursum
predicationis fine bono[n] consummaverat, feliciter migravit ad
Christum in Colonia anno domini scilicet[o] 134[5] sepultus ibidem.
Cuius vita et gesta[p] sancta in legenda eiusdem sancti viri, que apud
gest. Tr. 26. ecclesias multas habetur, plenius continentur. Porro post obitum bea=
ti[q] viri Tungrenses[r] et Treverenses, quorum insimul cum Colonien=
sibus fuerat episcopus, profecti Coloniam singuli corpus sui anti=
stitis repetebant. In qua quidem disceptatione ad exhortationem an=
geli dei in specie cuiusdam senis honorabilis apparentis funere beati
Materni cuidam navicule imposito sine remige et absque nauclero
navicula contra impetum Reni fluvii sursum divino miraculo fere=
batur et in brevi[s] hore spacio miliari confecto stante ad littus na=
vicula in loco, qui propter tristiciam Coloniensium suo antistite
fraudatorum[t] Ruwenkirchen est vocatus[u], sed nunc mutato nomine
Rodenkirchen[v] dicitur, Treverenses sancti viri reliquias receperunt et ad suam
civitatem Treverim deferentes eas ibidem mauseolo[w] condiderunt.[x]
Baculus vero sancti Petri, quo dictus sanctus Maternus fuerat a
morte suscitatus, prout habetur supra, hoc modo Treverensibus postea
gest. Tr. 45. fuit ablatus. Nam cum post tempora sanctus Servacius Tungerensium[y]

k) et mir. virt. deest 2. 4. l) contra 3. m) fundata 4. 4'. 4''. n) sic 3. ceteri ~~fine~~ sue bonum.
o) scilicet deest 3. p) sunt add. 3. q) sancti 4. 4'. 4''. r) Tongurenses 1. Tungerenses 3. 4. 4'. 4''.
s) brevis 2. 4. 4'. 4'' breves 3. t) privatorum 4. 4'. 4'' u) vocatur. 3. v) Roedenkirchen 2. w) est
vocatus – Rodenkirchen des. 1. w) sic 4''. cetere mauseolo. x) condiderunt deest 1. y) Tongurensi=
um 1. Tungrorum 2. Tungurensium 3.

4] Idem narrat God. Hagen v. 80.

5] Variat in catalogis antiquioribus an=
norum numerus: cat. I. cod. 2 habet 1343,
cat. III. cod. 4 – 134, cod. 4' – 124, ~~reliqui 128~~
cod. 3 – 118, reliqui 128.